

in ea fuerit collocata. 3. fons verus εὐΦροσύνης & satietatis; nim. di-
vina benedictio: cuius plerunque magis compotes sunt aut eâ læ-
tiūs fruuntur ii, qui minimum habent pecunia.

v.10.

3. Copia proventus. cuius vanitas,

a. quod multos consumtores habet. Omnes enim, qui
adjuvant, ad comparandum, inferendum, custodiendum, submi-
nistrandum, omnes, quibus utimur, partem inde carpunt. Hoc
Xenophontes Socrates eleganter demonstravi. Critobulo 5. apo-
mn. Gell. 9:8. Multis eget, qui multa habet; magnaque indigent,
a nascitur, non ex inopia magna, sed ex magna copia. Multa n. des-
iderantur ad multa, q̄ habeas, tuēda. Quisquis igitur multa habens
cavere atq; prospicere velit, ne quid egeat, neve quid defit: jactura
opus est, non quæstu; & minus habendum, ut minus defit. Phavori-
nus. οὐεὶς τὸ ξένωντα μήποτε, αἴφελον ὡς τὸ ξένων, δόκεται οὐεὶς τὸ ξένων.

b. quod non relinquit fructum, præterquam oculorum.
vers. 10.

v. 11.

4. ocium & satietas. cuius vanitas: quod suavem somnum
non det, ut labor; sed adimat. vers. 11. Melius est labor diurnus
cum dulci somno nocturno, quam ocium & satietas cum inqui-
tudine & αὔστη.

v.12.

5. thetauris. quorum vanitas, quod

a. sæpe dominis ad perniciem custodiantur. vers. 12. Mu-
tos enim habent insidiatores.

v.13.

b. sæpe pereunt debilitatione mala; & nihil liberis relin-
quuntur. qui tum eò miseriores, quia voluptatibus & abundantia
inoutriti paupertatem æquo animo ferre non didicerunt, neque
ad eam propulsandam honestis artibus instructi sunt. vers. 13.

v.14.

c. certè omnino relinquuntur in morte; vers. 14. 1. Tim.

v.15.

6:7. ideoque perit labor in περιστάσει paranda sumptus. vers. 15. mor-
bum ægrum dicit malum incurabile & desperatum. (nullum enim
huic malo remediu)metaphorice; aut metalepticè, afferēs languo-
rem, dolorem, & desperationem remedii sive consolationis, sc. iis,
qui opibus parandis dediti sunt unicè.

v.16.

d. afferunt molestiā in parando & tuēdo. v.16. in tenebris edit,
sine lætitia & honore: multum irascitur vel moeret, & morbus immi-
nitio virium & cruciatus ejus (pre morbum habet. cholici lē. Merce-
rus rectè comparat Psalm. 115:7, manus ipsorum pro manus ipsis sunt.

Addi-